Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xpianorum et monachorum. sciant quod saluator noster ihesus xpc
glorificantes se glorificat. seruientibus sibimet non
tantum regna celorum sed etiam hic in ipsis montium secretis la-
tere cupientibus fame tribuit nobilitatem. scilicet ut ipsi
fruantur laude meritorum. et ceteri eorum prouocentur exemplis.
Si autem necessarium fuerit. et gentilibus legite. ut uel sic
agnoscant quia dominus noster ihesus xpc. non solum est dei filius. sed etiam
his qui eum sollicite colunt. et in eum fideliter credunt. hac
dedit potestatem ut demones quos illi deos arbitrantur
conculcent atque eiciant. deceptores scilicet hominum.
et totius corruptionis artifices. Explicit Vita Sci Anton

Incipit epitaphium. S. Paulae a sco ieronimo editum.

Si cuncta mei corporis membra uterentur in linguas
et omnes artus humana uoce resonarent. nichil
dignum scae et uenerabilis paulae uirtutibus dicerem. nobilis
genere. sed multo nobilior sanctitate. potens quondam. sed
nunc xpi paupertate insignior. Graccorum stirps. soboles
scipionum. pauli heres cuius uocabulum trahit. mecie.
papirie matris affricani. uera et germana progenies. Ro
me protulit betleem. et auro tecta fulgencia. in formis
luti uilitate mutauit. Non meremur quod tale amisimus.
sed gratias agimus quod habuimus immo habemus. Deo enim ui
uunt omnia. et quicquid refertur ad dominum. in familie nume
ro computatur. quamquam amissio illius celestis domus ha